seruiamus ei: Nunquid non est fili
us hierobaāl et constituit principē
zebul seruum suū sup uiros enor
patris sychem: Cur igitur seruum
ei: Vt nām daret aliquis populū
istum sub manu mea: ut auferrem
de medio abimelech. Dicuntq; est
abimelech. Congrega exercitus mul
tidinē: et ueni. Zebul cū prim
eps ciuitatis auditis sermonibus
gāal filij obēd. iratus est ualde: et
misit clam ad abimelech. nūtios
dicens. Ecce gaal filius obēd uenit
in sycimam cum fratrib; suis: et op
pugnat aduersum te ciuitatē. Sur
ge itaq; nocte cum poplo qui tetum
est. et lānta in agro: et primo mane
orientē sole irruē sup ciuitatē. Illo
autē egrediente cum populo suo

aduersum te: fac ei quod potueris.
Surrexit autem abimelech et om
nis exercitus cum eo nocte: et reten
dit insidias iuxta sycimam in qua
tuor locis. Egressusq; est gāal filius
obēd: et stetit in introitu portę ciu
tatis. Surrexit autē abimelech et
omnis exercitus cū eo: de insidia
rum loco. Cumq; uidisset poplū
gāal: dixit ad zebul. Ecce de mon
tb; multitudiō descendit. Cui ille
respondit. Umbras montū uides
quasi hominū capita: et hoc erro
re deciperis. Rursusq; gāal ait.
Ecce populus de umbilico terre
descendit: et unus amīus uenit p
uiam quę respiciat querū. Cui di
xit zebul. Vbi est nunc os tuum
quo loquebaris. quis est abimelech
ut seruiamus ei: Nonne hic est
populus quę despiciebas: Egre
dere: et pugna contra eum. Abiit
ergo gāal expectante sycimorum
populo: et pugnauit contra abi
melech. Qui pūctus est eū fugien
tem: et in urbē compulit. Ceci
deruntq; ex parte eius plurimi. usq;
ad portam ciuitatis. et abimelech
sedet in ruina. Zebul autē gāal
et sotios eius expulit de urbe: nec
in ea passus est commorari. Seque
ti ergo die: egressus est poplū in cā
pum. Quod cum nūtium esset
abimelech: tulit exercitum suum
et diuisit in tres partes. tendens in
sidias in agris. Videntq; quod egre
deretur populus de ciuitate. sur
rexit et irruit in eos cum cuneo suo

oppugnans et obsidens ciuitatem. Quæ autem turmæ palantes per campū aduersarios psequebantur. Porro abimelech omni illo die oppugnabat urbem. quā cepit interfecit habitatorib; eius: ipsaq; destruta. ita ut sal in ea dispigeret. Quod cum audissent qui habitabant in turre sycamorū. ingressi sunt in domū phanum dei sui berith: ubi sedis cum eo pepigerant. et ex eo locus nomen acceperat. qui erat ualde munitus. Abimelech quoq; audiens uirosturris sycamorū pariter conglobatos: ascendit in monte selmon cū omni populo suo. Et arrepta secuiri: prædit arboris ramū. Impositūq; ferens humero: dixit ad socios. Qd me uidetis facere. tunc facite. Igitū certatum ramos de arborib; precedentes. sequebantur ducē. Quos circumdantes: presidium succenderunt. Atq; ita factum est ut sumo et igne. mille hominū necarentur: viri pariter ac mulieres. habitatorum turris sycam. Abimelech autem inde proficiens: uenit ad opidum tebes. Quod circumdans obsidebat exercitu. Erat autem turris excelsa in media ciuitate. ad quā consugerant simul viri ac mulieres. et omnes principes ciuitatis clausa firmissime ianua: et sup turris testū stantes per propugnacula. Accedensq; abimelech iuxta turrem pugnabat fortiter: et appropinquans ostio. igne subponere intebatur. Et ecce mulier

una fragmentum mole desup iaciens inlîcit capiti abimelech: et confregit cerebrum eius. Qui uocauit cito armigerū suum: et ait ad eum. Euagina gladium tuū et pacate me: ne forte dicatur quod a femina interfecisti sim. Qui iussa perficiens: interfecit eum. Illoq; mortuo: omnes qui cum eo erant de isrl' reuersi sunt in sedes suas. Et reddidit dñs malum quod fecerat abimelech contra patrem suū interfecitis septuaginta fratrib; suis. Sycamitis quoq; qd opati erant retributū est: et uenit sup eos male dictio ioathan filij hierobaäl. Post abimelech surrexit dux in israhel thola filius phua patrum abimelech uerde isachar: qui habitauit in sanir monte epbraim et iudicauit isrl' iugiti et trib; annis. Mortuusq; est: CXX.

Duic successit iahir gaaladites qui iudicauit israhel per iugiti et duos annos: habens triginta filios sedentes sup triginta pullos asmarū. et principes triginta ciuitatū que ex nomine eius appellatae sunt audih iahir. id est oppida iahir usq; in presentem diem in terra galaad. Mortuusq; est iahir: ac sepultus in loco cui est uocabulum camon. Filii autem israhel peccatis uectrib; iungenis noua. fecerunt malum in conspectu dñi: et seruerunt idolis baalim et astaroth et dñis syrię ac sydonis. et moab. et filiorū ammon et philistim. Dimiseruntq; dñm: et non colebant eum. Contra quos iratus:

tradidit eos in manus philistijm et
filiorū ammon. Afflictiq; sunt et ue-
hementer oppressi per annos decem et
octo omnes qui habitabant trans ior-
danen in terra amoriā quē est in ga-
laād: in tantū ut filii ammon iorda-
ne transiisse uastarent iudam et
beniamin et ephraim. Afflictusq; ē
israhel nimis: et clamantes ad dñm
dixerunt. Petcamus ubi: quia de-
reliquimus dñm dñm nr̄m. et serui-
imus baālim. Quib; loquitus est
dñs. Nunqđ non egyp̄tij et ammor-
iq; filijq; ammon et philistijm. sy-
donij quoq; et amalech et chanaān
oppreserunt uos. et clamatis ad me:
et cum uos de manu eorum? Et tam
reliquisti me: et coluisti deos alie-
nos. Icarto non addam ut ultra uos
liberem. Ite et muocate deos quos de-
gustis. Ipsi uos liberent: in tempore
angustie. Dixeruntq; filii israhel
ad dñm. Petcamus. Redde tu no-
bis quicquid ubi placet: tantum
nunc libera nos. Que dicentes: om-
nia de simb; suis alienorum deorū
idola pietarunt et seruerunt dñō.
Qui doluit sup miserijs corū. Itaq;
filii ammon conclamantes: in ga-
laād fixere tentoria. Contra quos
congregati filii israhel: in maspha
castrametati sunt. Dixerunt princi-
pes galāad: singuli ad proximos su-
os. Qui primus ē nobis contra filios
amon c̄perit dimicare: erit dux
populi galāad.

Fuit illo in tempore ieph̄e galā-
adites vir fortissimus atq; pugnator

filius meretricis mulieris: qui natus
est de galāad. Habuit autē galāad
uxorem: de qua suscepit filios. Qui
postquā creuerant. cicerunt ip-
thē: dicentes. Heres in domo patris
nr̄i esse non poteris: quia de altera
matre generatus es. Quod ille fugi-
ens atq; deuīans: habitauit inter
ra tōb. Congregatiq; sunt ad eum
uiri mopes et latrocinantes: et qđi
principem sequebantur. In illis
diebus pugnabant filii ammon
contra israhel. Quib; acriter instan-
tib; perrexerunt maiores natu de
galāad: ut tollerent in auxilium
sui ieph̄e de terra tōb. Dixeruntq;
ad eum. Veni et esto princeps noster:
et pugna contra filios ammon. Qui
bus ille respondit. Nonne uos estis
qui odistis me. et cieceris de domo
patris mei. et nunc uenitis ad me
necessitate compulsi? Dixeruntq;
principes galāad ad ieph̄e. Ob hanc
igitur causam nunc ad te uenimus:
ut pugnemus nobiscum et pugnes
contra filios ammon. sisq; dux no-
ster et om̄ib; qui habitant in ga-
laād. Ieph̄e quoq; dixit ei. Si uenire
uenistis ad me ut pugnē pro uobis
contra filios ammon. tradideritq;
eos dñs in manus meas: ego ero p̄n-
ceps uester. Qui responderunt ei.
Dñs qui hēc audit. ipse mediator
ac testis est: quod nr̄a p̄missa facia-
mus. Abiit itaq; ieph̄e cum prin-
cipibus galāad: fecitq; eum omnis
populus principem sui. Loquitq;
est ieph̄e omnes sermones suos

coram dño in maspha: et misit
 nuntios ad regem filiorū ammon.
 qui ex persona sua dicerent. Quid
 michi et tibi est. quia uenisti con-
 tra mē ut uaftares terram meam?
 Quib; ille respondit. Quia tulit
 israhel terrā meā quando ascen-
 dit de egypto: a simb; arnōn usq;
 in labōc atq; iordanen. Nunc igit̄
 cum pace reddē michi eam. Per q̄s
 rursum mandauit ieph̄e: et im-
 perauit ei ut dicerent regi amon.
 Hęc dicit ieph̄e. Non tulit israhel
 terrā moab. nec terrā filiorū amon:
 sed quando de egypto concenderūt.
 ambulauit per solitudinē usq; ad
 mare rubrum et uenit in cades:
 Misitq; nuntios ad regem edom: di-
 cens. Dimitte ut transeam per ter-
 ram tuam. Qui noluit adquiesce-
 re precib; eius. Misit quoq; ad regē
 moab. Qui et ipse transitum pre-
 bere contempſit. Mansit itaq; in
 cades: et circumuit ex latere terrā
 edom et terram moab. Venitq; con-
 tra orientalem plagam terre mo-
 ab. et castrametatus est trans arnō:
 nec uoluit intrare terminos moab.
 Arnon quippe confinium est terre
 moab. Misit itaq; israhel nuntios
 ad secon regem amorreorū. qui ha-
 bitabat in esebon: et dixerunt ei.
 Dimitte ut transeam p̄ terrā tuā:
 usq; ad fluuiū. Qui et ipse israhel
 uerba despiciens. non dimisit cū
 transire per terminos suos. sed
 in finita multitudine congrega-
 ta. egressus est contra eum in ief-

chā. et fortiter resistebat. Tradiditq;
 eum dñs in manus israhel: cum om-
 ni exercitu suo. Qui prouisit eum et
 possedit omnē terrā amorreā ha-
 bitatoris regionis illius: et unuer-
 sos fines eius de arnon usq; laboc.
 et de solitudine usq; ad iordanen.
 Dñs d's israhel subuerit amorreū.
 pugnante contra illum populo
 suo isrl. et tu nunc uis possidere
 terram eius. Nonne ea quę posse-
 dit chamos d's tuus ubi iure deben-
 tur? Quę autē dñs deus noster ui-
 tor optimus: in mām cedent pos-
 sessionem. Nisi forte melior es balac
 filio sephor rege moab: aut docere
 potes quod iurgatus sit contra isrl.
 et pugnauerit contra eū quando
 habitabat in esebon et uiculis ei.
 et in arver et uillis illius. uel in cui-
 cas ciuitatibus iuxta iordanen per
 trecentos annos. Quare tanto tem-
 pore nichil sup bac repetitione tēp-
 tasti? Igitur non ego peccō in te: sed
 tu contra me male agis. indicens
 michi bella non iusta. Iudicet dñs
 arbitr̄ huius dici: inter isrl. et in-
 ter filios ammon. Noluitq; adqui-
 escere rex filiorū ammon uerbis iep-
 th̄: quę per nuntios mandauerat.
 Factus est ergo sup ieph̄e sp̄s dñi:
 et circumiens galaad et manasse.
 massa quoq; galaad. et inde transi-
 ens ad filios ammon. uotū uouit
 dñs: dicens. Si tradideris filios am-
 mon in manus meas: quicūq; pri-
 mus fuerit egressus de forib; domus
 meę. michiq; occurrerit reuertentia

cum pace a filiis ammon. cum holocau-
 stum offeram domino. Transiuitque iep-
 the ad filios ammon. ut pugnaret
 contra eos. Quos tradidit dominus in manu
 eius. Percussitque ab aroer usque dum ue-
 nias imminet. uiginti ciuitates.
 et usque ad abel que est uincis confita.
 plaga magna nimis. humiliatique sunt
 filii ammon. a filiis israhel. Reuer-
 tem autem iepthe in maspha domum
 suam. occurrit ei unigenita filia
 cum tympanis et choris. Non enim
 habebat alios liberos. Qua iusa. sci-
 dit uestimenta sua. et ait. heu filia
 mi deceperisti me. et ipsa decepta es.
 Aperiui enim os meum ad dominum. et aliud
 facere non potero. Cui illa respon-
 dit. Pater mihi si aperuisti ostium ad
 dominum. fac michi quodcumque; pollitus
 es; concessa tibi ultione atque uictoria
 de hostib; tuis. Dixitque ad patrem.
 Hoc solum michi praesta quod de-
 precari. Omitte me ut duob; mensi-
 bus circueam montes. et plangam
 uirginitatem meam. cum sodalibus
 meis. Cui ille respondit. Vade. Et
 dimisit eam duob; mensib;. Cumque;
 absisset cum sociis ac sodalibus suis. fle-
 bat uirginitatem suam in montibus.
 Expletisque duob; mensib; reuersa
 est ad patrem suum. et fecit ei sicut
 uouerat. Quem ignorabat virum.
 Exinde mos increvit in israhel. et
 consuetudo seruata est. ut post an-
 ni circum conueniant in unum
 filii israhel et plangant filiam iep-
 the galaditae diebus quatuor. Ecce
 autem in ephraim orta est sedatio.

xii.

Nam transiunt contra aquilonem.
 dixerunt ad iepthae. Quare uadens
 ad pugnam contra filios ammon. uo-
 care nos noluisti ut pergeremus te-
 cum? Ignoramus enim dominum
 tuum. Quibus ille respondit. Discip-
 latio erat michi et populo meo con-
 tra filios ammon uehementis. Voca-
 uique uos ut michi preberetis auxi-
 lum. et facere noluistis. Quod cernens.
 posui in manibus meis uita mea
 transiuitque ad filios ammon. et tra-
 didit eos dominus in manus meas. Quid
 commerui ut aduersum me con-
 surgatis in prelium? Vocatus itaque
 ad se cunctis uiris galaad. pugna-
 bat contra ephraim. Percusseruntque;
 uiri galaad ephraim. quia dixerunt
 fugitiuus est galaad de ephraim.
 et habitat in medio ephraim et
 manasse. Occupaueruntque; galaa-
 ditae. uada iordanis. per quem ephra-
 im reuersurus erat. Cumque; uenisse
 ad ea de ephraim numero fugi-
 ens. atque dixisset. obsecro ut me tran-
 fire permittas. dicebant ei galaadi-
 te. Nunquid ephratis es? Quo di-
 cente non sum. interrogabant eum.
 Dic ergo sebboleth. quod interpre-
 tatur spica. Qui respondebat. Ceb-
 boleth. eadem littera spicam expri-
 mere non ualent. Statimque; appre-
 hensum iugulabant in ipso ior-
 danis transitu. Et ceciderunt in
 illo tempore de ephraim quadra-
 ginta duo milia. Iudicauitque; iep-
 the galadites israel sex annis. et
 mortuus est ac sepultus in ciuitate

sua galaad.

Post hunc iudicavit isrl. ab esan.
de bethleem: qui habuit triginta
filios et quadam filias. Quas emis-
sor as. maritus dedit: et eiusdem nu-
meri filii suis accepit uxore ^{uice} iudicavit
domum suam. Qui septem annis iudica-
vit isrl. Mortuusq; est: ac sepultus
in bethleem. Cui successit abia-
lon zabolonites: et iudicavit is-
rahelem decem annis. Mortuus
q; est: ac sepultus in zabolon. Post
hunc iudicavit isrl' abadon filius
hellel farathonites: qui habuit
quadraginta filios et triginta ex
eis nepotes. ascendentes super septua-
ginta pullos asindu. Et iudica-
vit israhel octo annis. Mortuusq;
est: ac sepultus in farathon terre
ephraim in monte amalachi. Rur-
sumq; filii isrl fecerunt malum
in conspectu dñi. Qui tradidit
eos in manus phylstinorum: qua-
draginta annis. xiii;

Erat autem quidam vir de saraa.
et de stirpe dan. nomine manue:
habens uxore sterilem. Cui appa-
ruit angelus dñi: et dixit ad eam.
Sterilis es et absq; liberis: sed con-
cipies et paries filium. Caue ergo ne
unum bibas ac siceram. ne immu-
dum quicquam comedas: quia con-
cipies et paries filium. cuius non tan-
get caput nouacula. Erit enim na-
zareus dei ab infancia sua et ex
matris utero: et ipse incepit libe-
rare isrl de manu phylstinorum.
Quem cum uenisset ad maritum:

dixit ei. Vir dei uenit ad me. habens
uultum angelicum: terribilis immis.
Quem cum interrogasset quis esset
et unde uenisset et quo nomine uo-
catur: noluit michi dicere sed hoc
respondit. Ecce concipies et paries
filium. Caue ne unum bibas nec
siceram: et ne aliquo uescaris immu-
do. Erit enim puer nazareus dei ab
infancia sua: et ex utero matris usq;
ad diem mortis sue. Oravit itaq; ma-
nuem dñm: et ait. Obscurto dñe. ut vir
dei quem misisti ueniat iterum: et do-
ceat nos quid debeamus facere de
puero qui nasciturus est. Exaudi
utq; dñs prestante manue: et appa-
ruit rursus angelus dñi uxori ei
sedenti in agro. Manue autem mari-
tus eius: non erat cum ea. Quem cum
uidisset angelum. festinauit et cu-
currit ad virum suum. numerantq;
ei: dicens. Ecce apparuit michi vir
quem ante uideram. Qui surrexit:
et secutus est uxorem suam. Uen-
iensq; ad virum: dixit ei. Tu es qui
locutus es mulieri. Et ille respondit.
Ego sum. Qui manue. Quando in
quid sermo tuus fuerit expletus. qd
uis ut faciat puer. aut a quo se ob-
seruare debet. Dixitq; angelus
dñi ad manue. Ab omnib; que lo-
cutus sum uxori tue abstineat se:
et quicq; ex uinea nascit non co-
medat. unum et siceram non bibat.
nullo uescatur immundo. et quic-
quid ei precepit impleat atq; custo-
diat. Dixitq; manue ad angelum
dei. Obscurto te ut ad quiescas precib;

meis: et faciamus tibi hedum de capris. Cui respondit angelus. Si me cogis: non comedam panes tuos. Si autem uis holocaustum facere: offer illud domino. Et nesciebat manue: quod angelus dei esset. Dixitque ad eum. Quod est ubi nomen. ut si sermo tuus fuerit explicatus. honoremus te. Cui ille respondit. Cur queris nomen meum quod est mirabile? Tulerat itaque manue hedum de capris et libamenta. et posuit super petram: offerens domino qui facit miracula. Ipse autem et uxor eius: intuebantur. Cumque ascenderebat flamma altaris in celum: angelus domini in flamnam pariter ascendit. Quod cum uidisset manue et uxor eius: procul ceciderunt in terram. et ultra non eis apparuit angelus domini. Statimque intellexit manue angelum esse dominum. Et dixit ad uxorem suam. Morte moriemur: quia uidimus dominum. Cui respondit mulier. Si dominus nos uellet occidere: de mamb; uiris holocaustum et libamen non suscepisset. sed nec ostendisset nobis hec omnia. neque ea que sunt uentura dixisset. Peperit itaque filium: et uocauit nomen eius sanson. Creuimusque puer: et benedixit ei dominus. Cepitque spiritus domini esse cum eo in castri domini: inter sarraam et ethahol. Descendit igitur sanson in thannah. Videntesque ibi mulierem de filiabus phylistim. ascendit et numerauit patrem suo et matrem: dicens. Uidi mulierem de filiab; philistinorum in thannah. quae que-

so ut michi accipiat uxor mea. Qui dixerunt pater et mater sua. Num quid non est mulier in filiab; fratribus tuorum et in omni populo tuo. quia uis accipere uxor mea de phylistim qui mortuus sunt? Dixitque sanson ad patrem suum. Hanc michi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes autem eius nesciebant quod a domino fieret: et quereret occasionem contra phylistim. Eo enim tempore: phylistim dominabantur illi. Descendit itaque sanson cum patre suo et matre: in thannah. Cumque uenissent ad uineas oppidi: apparuit catulus leonis seu us rugiens. et occurrit eis. Irruit autem spiritus domini in sanson: et dilacerauit leonem quasi hedum in frustra discepseret nichil omnino habens in manu. Et hoc patri et matri noluit indicare. Descendit itaque: et osculatus est mulieri: que placuerat oculis eius. Et post aliquot dies reuertens ut acciperet eam: de clinavit ut uideret cadaver leonis. Et ecce examen apum in ore leonis erat: ac fauus mellis. quem cum superisset in mambus: comedebat in via. Uidentesque ad patrem suum. et ad matrem: dedit eis parte. Qui et ipsi comedenterunt. Nec tamen uoluit eis indicare: quod mel de corpore leonis assupserat. Descendit itaque: pater eius ad mulierem: et fecit filio suo sanson coniugium. Sic enim iuuenes facere consueverant. Cum igitur aues loci illius

CXXXI;

uidissent eum: dederunt ei sodales
triginta qui essent cum eo. Quibus;
locutus est sanson. Proponā uobis
pblema. Quod si solueritis michi
intra septem dies conuiuij: dabo
uobis triginta sindones et tunc
tunicae. Sin autē non potueritis
soluere: uos dabitis michi triginta
sindones. et eiusdem numeri
tunicae. Qui responderunt ei. Pro
pone pblema: ut audiamus.
Dixitq; eis. De comedente exiuit
cibus: et de forti egressa est dulce
do. Nec potuerunt p̄ tres dies pro
positionem soluere. Cumq; ad es
set dies septimus: dixerunt ad ux
orem sanson. Blandire viro tuo
et suade ei: ut indicet tibi quid
significat pblema. Quod si facere
nolueris: incendemus et te et
domum patris tui. An iurto nos
uocasti ad nuptias. ut spohare
tus? Quę fundebat apud sanson la
crimas: et querebatur dicens. Odi
sti me et non diligis: iurto pble
ma quod proposuisti filiis populi
mei. non uis michi exponere. At
ille respondit. Patri meo et matri
nolui indicare. et tibi indicare po
tero: Septem igitur dieb; conuiuij
flebat apud eum. Tandemq; die
septimo cū ei molestia esset: expo
suit. Quę statim indicauit ciuib;
suis. Et illi dixerunt ei die septi
mo: ante solis occubitum. Quid
dulcius melle. et quid leone forti
us? Qui ait ad eos. Si non arassetis
in uitula mea: non muchissetis p-

positionem meam. Irruit itaq; in eo
sp̄s dñi: descenditq; a scalonem. et p
cussit ibi triginta viros. Quorum abla
tas uestes: dedit his qui problema
soluerant. Irratusq; nimis: ascendit
in domū patris sui. Uxor autē eius
acepit maritum unum de amicis
eius: et pronubis. Post aliquantū
autē temporis cum dies tridie mes
sis instaret: uenit sanson. misere
uolens uxore suam. et attulit ei he
dum de capris. Cumq; cubiculum
eius solito uellet intrare: prohibuit
eum pater illius dicens. Putavi qđ
odisse eam: et ideo tradidi illam
amico tuo. Sed habet sororem quę
iunior et pulchrior illa est: sic ubi
pro ea uxor. Cui respondit sanson.
Ab hac die: non erit culpa in me
contra philistheos. Faciam enim
uobis mala. Perrexitq; et cepit tre
centas uulpes. caudasq; earum iun
xit ad caudas: et facies ligauit in me
dio. Quas igne succendens dimisit:
ut huc illucq; discurrent. Quę
statim perrexerunt in segetes phyl
istinorum. Quibus succensis. et con
fortate iam fruges. et adhuc stantes
in stipula concrematę sunt: in tan
tum ut uineas quoq; et oliueta flā
ma consumeret. Dixeruntq; phyl
istim. Quis fecit hanc rem? Quib; di
ctum est. Sanson gener thaimathę.
quia tulit uxorem eius et alteri tra
didit: hec operatus est. Ascenderuntq;
phylistim: et combusserunt tam mu
tierem quam patrem eius. Quib; ait
sanson. Licit hec feceritis. tamen ad

C xv.

huc ex uobis experiam ultiōnem: et
 tunc quiescam. Percussitq; eos ingen-
 ti plaga: ita ut stupentes furam femo-
 ri imponerent. Et descendens: habi-
 tauit in spelunca petre etham. Igni
 ascendentēs phylstijm in terrā iuda
 castrametati sunt in loco qui postea
 uōtū est lethi. id est maxilla. ubi eo-
 rum est effusus exercitus. Dixerunt
 q; ad eos de tribu iuda. Cur ascendi-
 stis aduersum nos? Qui responderūt.
 Ut ligemus sanson uenimus: et red-
 damus ei quę in nos opatus est. Des-
 cenderunt ergo tria milia viatorum
 de iuda. ad spectum silicis etham: di-
 xeruntq; ad sanson. Nescis quod phyl-
 stijm imperent nobis? Quare ergo
 hoc facere uoluisti? Quib; ille ait.
 Sicut fecerunt michi: feci eis. Liga-
 re inquit te uenimus: et tradere
 in manus phylstijorū. Iurate et
 spopondete michi: quod non me oc-
 cidatis. Dixerunt. Non te occidemus:
 sed uīdū trademus. Ligaueruntq;
 eum duob; nouissimib;: et tulerunt
 eum de petra etham. Qui cum uenis-
 set ad locum maxille. et phylstijm
 uociferantes occurserint ei: irruit
 sps dñi in eum. et sicut solent ad
 odorem ignis ligna consumi. ita et
 uncula quib; ligatus erat dissipata
 fuit et soluta. Inuentamq; maxil-
 lam id est mandibulam asini que
 lacebat arripiens. interfecit in ea
 mille viros: et ait. In maxilla asini
 in mandibula pulli asinarū delici
 eos: et percussi mille viros. Cumq;
 hec canens uerba complexisset: plicat

mandibulam de manu et uocauit
 nomen loci illius ramathlehi. quod
 interpretat̄ elevatio maxillę. Sic
 ensq; ualde. clamauit ad dñm: et
 ait. Tu dedisti in manu serui tui sa-
 lutem hanc maximam atq; uictori-
 am: et en. si morior. incidamq; in
 manus marturis sorū. Aperit
 itaq; dñs molarem dentē in maxil-
 la asini: et egressę sunt ex eo aquę.
 Quib; haustis. refocilauit spm: et
 uires recepit. Itarco appellatum est
 nomen loci illius fons inuocantis
 de maxilla: usq; in presentē diem.
 Iudicauitq; israel in dieb; phylstijm:
 ingiti anni. Abiit quoq; in
 gazam et uidit ibi meretrice mul-
 erem: ingressusq; est ad eam. Quod
 cum audissent phylstijm et pare-
 puisset apud eos intrasse urbem san-
 son: circundederunt eum. positis
 in porta ciuitatis custodib;: et ibi
 tota nocte cum silentio prestatantes
 ut facto mane excutē occiderent.
 Dormiuit autē sanson usq; ad no-
 chis medium. Et inde consurgens.
 apprehendit ambas portę foris cū
 postib; suis et sera: impositasq; hu-
 meris portauit ad uerticē montis
 qui respicit hebrón. Post hęc ama-
 uit mulierem que habitabat in
 ualle sorech: et uocabatur dalia.
 Ueneruntq; ad eam principes phyl-
 stijorū: atq; dixerunt. Decepe eū
 et disce ab illo in quo tantā habeat
 fortitudinem: et quomodo cū sup-
 are ualeamus et uinctum affligere.
 Quod si feceris: dabimus tibi singuli

xxvi.

mille centum argenteos. Loquuta est dalia ad sonson. Dic michi obseruo in quo sit tua maxima fortitudo: et quid sit quo ligatus erum per te nequeas. Cui respondit sanson. Si septe nervis sumib; necdū ficas et adhuc humerib; ligatus fuero: infirmus ero ut ceteri homines. Attuleruntq; ad eam satrapę phylistinorū septem funes: ut dixerat. Quib; unxit eum latenter; apud se in fidis: et in cubiculo finem rei expectantib; Clamauitq; ad eum. Phylistiū sup te sanson. Qui rupit vincula: quomodo si rumpat quis filum stupē tortū. uel staminis cum odorem ignis acceperit. Et non est cognitū in quo est fortitudo eius. Dixitq; ad eum dalia. Ecce illusisti michi: et falsum loquistis es. Salutem nunc indica michi quo ligari debeas. Qui ille respondit. Si ligatus fuero nouis sumibus qui nunquam fuerint in opere: infirmus ero et aliorum hominū similis. Quib; rursum dalia. unxit eum: et clamauit. Phylistiū sup te sanson: in cubiculo in fidis preparatus. Qui ita rupit vincula: quasi filia telarū. Dixitq; dalia. rursum ad eum. Visque decipies me et falsum loqueris: ostende quo vinciri debeas. Si inquit septem crines capitis mecum hinc licio plexueris. et clavum his circumligatum terre fixeris: infirmus ero. Quod cum fecisset dalia: dixit ad eum. Phylistiū

sup te sanson. Qui consurgens de somno extraxit clavum: cum armis; et licio. Dixitq; ad eum dalia. Quomodo dicas quod ames me. cum animus tuus non sit tecum? Per uires uices mentis es michi: et non uisisti dicere in quo sit tua maxima fortitudo. Cumq; molesta ei esset. et per multis dies lugiter adhereret. spacium ad quietem non tribuens: defecit anima eius. et ad mortem usq; lassata est. Tunc appetiens ueritatem rei: dixit ad eam. Ferrum numquam ascendit super caput meum: quia nazareus id est consecratus dñi sum de utero matris meę. Si rasum fuerit caput meum. recedet a me fortitudo mea: et deficiam. ergo: ut ceteri homines. Uidens illa quod confessus ei esset omnem animū suum: misit ad principes phylistinorū. atq; mandauit. Ascendite adhuc scindet: quia nunc michi aperuit cor suum. Qui ascenderunt: assumpta peccata quā p̄misserant. At illa dormire cum fecit sup genua sua: et insu suo redire caput. Vocauitq; consore et rasit septem crines eius: et cepit abire eum et a se repellere. Statim enim ab eo fortitudo recessit. Dixitq; dalia. Phylistiū sup te sanson. Qui de somno consurgens: dixit in animo suo. egrediar sicut ante feci: et et me extingam: nesciens qđ dñs recessisset ab eo. Quem cum apprehendissent phylistiū. statim eruerunt oculos eius: et duxerunt

gazam undum catenis. et clausum
 in carcere molere fecerunt. Iamque
 capilli eius renasci ceperant: et pri-
 cipes phylistimorum conuenerunt
 munum. ut immolarent hostias
 pacificas dagon deo suo et epula-
 rentur. dicentes. Tradidit dominus noster
 inimicum nostrum sanson in manus
 nostras. Quod etiam populus uidentis.
 laudabat deum suum: eademque di-
 cebat. Tradidit deus noster in ma-
 nus nostras aduersarium: qui deluit
 terram nostram. et occidit plurimos.
 Letantesque per conuina sumpus
 iam epibus. precepit ut vocare-
 tur sanson: et ante eos ludetur. Qui
 adductus de carcere. ludebat ante
 eos. Ecce uero: cum stare inter du-
 as columnas. Qui dixit puer: re-
 gnum gressus suos. Dimitte me ut
 tangam columnas. quibus omnis
 imminet domus: ut redinem super
 eas. et paululum requestam. Do-
 mus autem plena erat virorum: ac mu-
 hierum: et erant ibi omnes prin-
 cipes phylistimorum. ac de teo et sola
 rio circiter tria milia utriusque sex-
 us. spectabant ludentem sanson.
 At ille invocato domino: ait. Domine deus
 meminito mei. et reddie nunc mihi
 priuilegiam fortitudinem deus noster:
 ut uictor me de hostib; meis. et per
 amissionem duorum humum. unam
 ultionem accipiam. Et apprehen-
 dens ambas columnas quibus inni-
 tebatur domus. alteramque earum
 dextram. et alteram leua tenens: ait.
 Moriatur anima mea: cum phylisti

in. Concussisque fortiter columnis.
 cedit domus super omnes principes:
 et ceteram multitudinem que ibi erat.
 Multaque plures interfecit moriens:
 quam ante uicem occiderat. Descen-
 dentes autem fratres eius et universa
 cognatio: uulserunt corpus eius et
 sepelierunt inter sarraam et eschaol.
 in sepulchro patris sui manu. Ju-
 dicauitque israhel uiginti annos.
xxii;
Fuit e tempore uir quidam de
 monte ephriam nomine michas:
 qui dixit matre sue. Mille centum
 argenteos quos separaueras tibi. et
 super quibus me audiente iuraueras:
 ecce ego habeo et apud me sunt.
 Cui illa respondit. Benedictus fi-
 lius meus dominus. Reddidit ergo eos
 matre sue: que dixerat ei. Conserua
 ui et uouli argentum hoc domino ut
 de manu mea suscipiat filius me-
 us. et faciat scuptile atque conflati-
 le. et nunc trado illud tibi: reddi-
 dit igitur matre sue. Que tulit ar-
 genteos ducentos et dedit eos argen-
 tario. ut ficeret ex eis scuptile atque
 conflatile: quod fuit in domo mi-
 che. Qui et huius quoque in ea deo
 separauit et fecit ephoth ac theria-
 sim: id est uestem sacerdotalem et
 idola. Impleuitque unus filiorum
 suorum manum: et factus est eius sac-
 dor. In diebus illis non erat rex in is-
 rabel: sed unusquisque quod sibi rectum
 uidebatur hoc faciebat.
Fuit quoque alter adolescentis de
 bechlein iuda et cognatione eius:
 eratque ipse leuites et habitabat ibi.